

reperitur satis aperte quod dictam pecuniam acceperunt occasione sententie late per Baiamontem proditorem nostrum, iudicem assumptum pro parte banni, et Medium de Varicasso pro parte communis Jadre, habuit ipsa de causa regressum contra dictum Radum sclauum. Et propterea eis scribimus quod nobis videtur, quod civis noster habeat ius, et quod ei satisfacere teneantur de iure, et si id fecerint nobis placebit. Et si aliud dicere volunt seu ostendere de iure suo, precipimus eis cum consilio nostro de X, quod infra duos menses a presentatione presentis computandos, mittant ad nos ad plenum cum sufficienti mandato personam de suis iuribus instructam, ut possit per nos fieri quod est iustum. Alioquin si non satisficerint, vel non misserint infra terminum antedictum, opportebit nos providere indemnitati dicti nostri civis, sicut nobis videbitur esse iustum.

10 de parte, 3 non sinceri.

*Archivio di Stato di Venezia. Consiglio dei Dieci, Misti, registro II,
carta 130 verso.*

13

1325, 20 febbraio. Venezia.

Il Consiglio dei Dieci, informato che Baiamonte Tiepolo si trovava nei pressi di Nona, delibera di affidare a tre membri, eletti nello stesso consiglio, l'incarico di trattare in ogni modo e per ogni via la morte del traditore, dando loro facoltà di spendere sino a 10 000 lire di piccoli.

[1324], die XX februarii.

Capta. Quod elligantur statim tres de isto consilio in isto consilio, quibus comittatur, propter aliqua que habuimus et habemus de Baiamonte, qui dicitur esse apud Aimonam, quod sollicite et attente inquirant et tractent mortem dicti Baiamontis, modis omnibus et viis quibus melius poterunt et cum quibus voluerint. Et habeant libertatem et bayliam expendendi usque ad libras X^m parvorum, dummodo scimus certi quod dictus Baiamons mortuus fuerit per tractatum dictorum trium ad hoc deputatorum. Et si accideret quod dictus Baiamons mortuus foret per alium, sive alios foris tractatum dictorum trium ad hoc deputatorum, habeat ille talis solum ducatos II^m, ut per consilium alias est ordinatum. Et habeant dicti tres bayliam de faciendo dictum tractatum solum usque ad ad(!) pasca de madio(?) proxime venturum. Et si consilium etc.

Tres sunt electi, scilicet:

- C. dominus Vitalis Miglani
- C. dominus Nicolaus Gradonico
- C. dominus Dardi Bembo.

*Archivio di Stato di Venezia. Consiglio dei Dieci, Misti, registro II,
carta 156 verso.*